Servasanctus <Tuscus de Faenza>: Sermones de tempore et de sanctis cum communi sanctorum
Reutlingen: [Johann Otmar], 1485 Seite 311



temporalis. thũs deuote orationis ꝺ sub
stantia mentis Mirrã acerbe maceratõ
nis ex substantia corporis Et isto mõ que
rentes accipiamus illud. Ysai. lviij. Me
etem̃ de die in diẽquerũt et scire vias m.
vo. Debemus q̃rere deũ de die castiga/
tionis amare In diem largitõnis elemo/
sine et sic poterim⁹ vias eius scire bene/
ficio orationis deuote. De oratione nar/
ratur in vitaspatrũ ꝙ Julianus aposta/
ta misit demonẽ quendam vt reportaret
ei responsum de oriente qui transiens su/
per locum vbi erat publicus monachus
orans non poterat vltra transire. sed ste/
tit ibi immobilis illo cõtinuante orationẽ
post quattuor dies reuersus est infecto ne
gotio ad Julianũ. cumq; se dixisset impe
ditum a monacho orante Julianus ꝯmi/
natus est monacho sed in breui ille inter/
emptus est

Dñica. xv. sermo. Cxj. A

DUm tempus hã
bemus operemur bonum ad omnes.
Gala. vj. dicit Ambrosius in exa/
meron. ꝙ ouis in fine estatis dum p̄sentit
aduentũ frigoris vel hyemis. quasi inex/
plebilis est ad pastũ. et auidissime come/
dit qm̃ instinctu naturali sterilitatem hye
mis p̄cognoscit Similiter formica. sic̃ di/
cit Salomõ ꝓuer. vj. ꝙ parat ĩ estate sibi
cibum et ꝯgregat in messe qꝺ in hieme co
medat. Sed hõ rõne dotatus mõ cum sit
tempus ꝯgregãdi bona merita vñ viuat
in futura vita. torpet ignauia qꝺ nõ faci/
unt aialia irrationalia Cu; tñ deberem⁹
facere ẜm Exemplũ qꝺ narrat Barlaã.
dicit em̃ ꝙ q̃dam fuit ciuitas cui⁹ fuit cõ/
suetudo habere principẽ nouũ omni anno
Anno aũt expleto deponebat̃ et reb⁹ oĩ/
bus nudabat̃ et in exiliũ relegebat̃. Con/
tigit aũt quendã sapiẽtem illius ciuitatis
principẽ fieri. qui cũ legẽ ciuitatis ꝯgno/
uiss; oia q̃ hr̃e potuit p̄misit in exiliũ. anno
aũt finito ea q̃ premiserat inuenit. et alijs
famescentibus ipse habuit Ciuitas ẽ mũ/
dus. qui nudat et spoliat exeuntes. exiliu;
est celum a quo exulati sumus. ad quod
debemus mittere bona merita vt habea
mus eterna premia. et propter hoc dicit.
Dum tempus habemus ꝛc̃. In quo ver/
bo premisso tria facit. Primo ostendit
bene operandi oportunitatem. ibi Dũ tẽ
pus habemus Scꝺo dissuadet ociositatẽ
ibi Operemur bonũ. Tercio declarat bo
ni operis generalem ꝓficuitate;. cũ dicit
ad omnes. Bona em̃ que facit iustus. om
nibus ꝓficiũt. sicut em̃ dicit Ansel. in libr.
de similitudinibus. ꝙ bonitas cuiusq; om
ni creature ẽ vtilis et bona. exceptis ꝺmo
nibus et damnatis hominibus. B
Nota ergo ꝙ tempus p̄sens ad q̃ttuor est
nobis indultum. sc; ad veram penitentiã
agendam. Ad pugnã cõtinuam exercen
dam. Ad virtutum plantariam excolen/
dam Ad dei misericordiam cõsequendã
Primo dico est nobis presens tempus ĩ
dultum ad penitentiam agendam. ꝺr de
Cane. in libro de animalibus. ꝙ quando
infirmat̃ comedit radices herbe cuiusda;
vt vomat. et sic sibi medet̃. Item sicut di
cit philosophus. leopardus capre silue/
stris bibit lac et vim doloris euitat Item
sicut dicit Cicero. Castores redimunt se
ea parte corporis propter quam maxime
appetuntur. qm̃ sicut dicit Juuenalis ca
stor se eunuchum facit cupiẽs euadere dã
na testiculi Itẽ sicut dicit Isidorus Cer/
ui serpentũ sunt ꝙ cũ se grauatos infirmi/
tate p̄senserint spũ eos attrahũt de cauer
nis. et superata veneni pernicie eorũ pa/
bulo reparantur. Et sicut dicit Idẽ quan
dam herbam cerui primo inuenerunt cu/
ius pastu sagittas excutiunt cum a vena/
toribus vulnerantur. Ecce et bestie et a/
nimalia irrationalia medicina; contra in
firmitatẽ q̃rũt. cãs infirmitatũ vitare no
runt. Soli homĩes infirmitatis spũalis. i.
pcti medicinã phorrescũt. ꝯsidera ei quot
vidẽ⁹ quotidie pctis mortalib⁹ infirmari

Idem exemplum in festis ... de sancto Jacobo
et de sancto thoma apostolo 6

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-472/0311
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG